



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Septuagesimum septimum. D. Hermanni Steinfeldensis, de  
sanctitate Engelberti dubitantis poena & rursus sanatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

## A Caput Septuagesimum quintum.

*De Claudio quodam restituto.*

**E**odem Coloniæ die, ad tumbam eius Claudus quidam, Claudius ciuitati natus, erectus est, baculos quibus sustentabatur, erectus. ad sepulchrum Martyris suspendit.

## Caput Septuagesimum sextum.

*De Paralytico sanato præsente Henrico Archiepiscopo.*

**R**etulit mihi Dominus Henricus Archiepiscopus, quod Paralyticus quidam ipso præsente, in loco passionis eius Henricus sanatus est, de quo mihi plura retulit, ordinem videlicet sa- Archiepi- nationis eius, pro quibus omnibus Deo gratias agamus, qui scopus te- tantis miraculis Pontificem suum Beatum EN GELBERTVM stis mira- culi. glorificat.

Finis miraculorum B. Pontificis & Marty-  
c ris EN GELBERTI in loco passionis pa- tratorum.

Notatio ad Caput Septuagesimum  
sextum.

*Ita finit manuscript. ex Bibliotheca Sanctorum Chrysanti & Dariae Monasteriensis. Quod sequitur Caput ex manuscripto Coloniensis Carthusia vulgavit Surius.*

## Caput Septuagesimum septimum.

*D. Hermanni Steinfeldensis, de sanctitate EN GELBERTI du- bitantis pœna & rursus sanatio.*

VISIO IOSEPH SANCTI MONACHI. Est hic S.

**I**OSEPH monachus Steinfeldensis admodum religiosus & pius, heb- Hermānus doma d'vna ante cædem Episcopi EN GELBERTI, quadam nocte in- Canonicus tempesta Steinfel-

dianus,  
cuius vitā  
habes 7.  
April.apud  
Surium.

*Quod alio lo-  
co habetur  
apud Su-  
rū 7. Apr 1.  
expressis ver-  
bi hāc visio-  
nem expli-  
catam esse  
id intellige,  
postquam in-  
cubuissef,  
yt hic.*

Punitur à  
Deo, dū de  
sanctitate  
martyris  
dubitatur.  
Sanatur.

tempesta sub dio stabat, in siderum pulchritudine Deum crearem contemplans. Cumque in lunam tum pleno lumine incidentem oculos intenderet, vidiit aliam oriri lunam in plaga Aquilonari, cuius tanta erat lucis præstantia, ut alterius lunæ lumen propemodum obscuraret. Stabat ea re attonitus: & ecce videt cœlum à dextris patescere, & inter eam pattulam cœli partem & lunam recens ortam, quæ iam cœpit eo contendere, vbi apertum fuit cœlum, conspicit effigiem gladij, breuis quidem, sed lati, quales sunt Bauatorum. Deinde videt lunam, quæ ab Aquilone ad Orientem ascendebat, postquam gladium attigit, simul cum illo ingredi in cœlum, qua parte patescet. Hanc quidem visio nem etsi ille non intellexit, non tamen dubitauit magnum aliquid portendere. Itaque ad lectulum anxius rediit: vbi cùm paululum dormire inciperet, turbam quandam prætereuntem sibi visus est audire, crebroque alios alijs dicentes: Eheu, eheu, Episcopus ENGELBERTVS occisus est. Inde verò satis ille coniecit, quid visio portenderet, sed non fuit ausus illi fidem commendare, dicebat enim apud se: Qui fieri postquam in- test, vt vir tam insignis & potens, tanto temper stipatus comitatu, oc- cubuissef, cidatur? Quòd si verò etiam id accidat, quis credat virum totum mun- do deditum, cui ad voluntatem fluunt omnia, quique tot affluit deli- cijs, ita continuò coronari? Sed non potuit, quod ostensum erat, non fieri. Itaque breui post cecidit vir tantus, suorum gladijs trucidatus, pro quo, ne caderet, suas illi potius ceruices debuerant obijcere. Ea i- gitur visionis parte completa, nondum sibi persuadere potuit vir san- ctus, vt erat semper sibi ipsi suspectus, martyrem esse tam citò in cœlis gloria & honore coronatum. Facta est itaque vox ad eum: Pro eo, quod visioni verissimæ fidei oculos aduertere noluisti, dolebunt tibi oculi corporis tui: nec cessabit dolor, donec oculos cereos offeras ad sepul- chrum martyris, & ex restitura salute eam, de qua nunc dubitas, certissimè comperias veritatem. Vocem hanc fecutus est oculorum dolor: D sed simulatque obtulit, quæ iussus erat, ad martyris monumentum, re- pente dolor omnis evanuit: præstante Deo ac Domino nostro, cui ho- nor, gloria & imperium, sicut erat in principio, & nunc & semper, & in sœcula sœculorum, Amen.

## Notatio ad Caput Septuagesimum septimum.

Hoc